



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCXIX. Markgraf Otto bestätigt die Transposition der Altäre Matthiä und
Cyriaci zu Salzwedel, am 22. Januar 1371.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

will ehn dat ghud vnd leen, wann ehn des behuf is, oplaten vor vsem heren den Markgreuen van Brandenborch, wann sy dat van my eschen. Dat ik dyt stede vnde vast holden schal vnde will, so hebbe ik to enre openbaren betuginghe myn Ingesegel wyliken hengben laten an dessen bryf, de gheuen is na Godes bord drüttein hundert jare in deme een vnd seuentigsten jare, des donnerdaghes na twelsten. Dar ouer sind ghewelt de bescheiden lüde Hynrik von Ronstede, Hans von Cloden, Frederick Dequede, knechte, Heyne Wifstede, Hans vnde Hoyer van Chüden, borgher to Soltwedele, vnde ander vele ghude lüde.

Nach Verden's Codex 328.

CCXIX. Markgraf Otto bestätigt die Transposition der Altäre Matthiä und Cyriaci zu Salzwedel, am 22. Januar 1371.

Nos Otto — Marchio Brandenburgensis —, recognoscimus —, Quod ad transpositionem et ordinationem regiminis videlicet et officiationis altarium sanctorum Matthe apostoli in ecclesia parochiali noue Ciuittatis nostre Soltwedel et Ciriaci martyris in monasterio sancti Spiritus extra muros — cum omnibus redditibus, fructibus et iuribus ad eadem altaria spectantibus per venerabilem in Christo patrem Dominum Henricum, Verdenfis ecclesie Episcopum, factas et ordinatas, iuxta literarum suarum continenciam desuper plenius confectarum, totum nostrum adhibuimus consensum pariter et assensum — volentes eandem transpositionem et ordinationem ratas habere, gratas atque firmas, temporibus perpetuis irreuocabiliter duraturas — — Datum Stendal, Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo primo, feria quinta ante diem beati Pauli conuersionis.

Danneil's Kirchengeschichte der Stadt Salzwedel S. 15.

CCXX. Markgraf Otto verzeignet den Bürgern von Brunow in Salzwedel die von den von Klöden erkaufte Hebungen aus Brunow zur Verwendung derselben in geistlichen Gebrauch, am 5. Juni 1371.

Noverint uniuersi, tenorem presentium inspecturi, quod nos Otto, Dei gracia Brandenburgensis Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Reni et Bavarie Dux, propter divini cultus augmentum, quem nostris temporibus pio devotionis animo affectamus augeri, Discretis viris Copkino et Gerkino fratribus, dictis Brunow, civibus in Soltwedel, nostris fidelibus dilectis, dedimus, donavimus et (per) presentes ad singularem et instantem ipsorum requisitionem damus atque solempni donatione donamus proprietatem duorum chororum siliginis et septem modiorum avene, cum tredecim pullis, in villa Brunowe de curia, quam nunc Lütke Lubaz colit et inhabitat, annuorum reddituum, cum decima minuta. Item de curia, quam nunc Videke Claus colit et possidet, decem et novem modiorum siliginis, cum supremo et infimo iudicio infra sepes, cum omnibus iuribus, gratiis, commodis, honoribus, fructibus, usufructibus, utilitatibus, con-